Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

In festivitate martyrum: beatus Leo papa: sermo de octo beatitudinibus

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

Quia ne punire peccatores de
beat. rogari uult & ipse qui
iudicat. Unde & tam lon
go tempore comminatur iram.
& tamen misericorditer (ueniam) expec
tat. Sic autem nos & miseri
cordia eius refoueat. ut nullo
modo neglegenter reddat.
sic peccata nostra perturbent.
ut mens in desperationem non
proruat. Quia & si praesu
menter metuimus. & metu
enter speramus. aeternum
regnum citius adepturi sumus.
per eum qui uiuit & regnat
ds cum patre in unitate sps sci.
per omnia scla seculorum. Amen.

ITEM IN FESTIVITATE MARTYRUM.

SERMO BEATI LEONIS
XVIII PAPAE DE OCTO BEATI
TUDINIBUS.

PREDICANTE
dilectissimi dno
ihu xpo euange
lium regni. & di
uersos per totam
galileam curante languores.
in omnem syriam se uirtutum
eius fama diffuderat. & mul
tae ex uniuersa iudea turbae
ad caelestem medicum conflu
ebant. Quia enim tarda est
humanae ignorantiae fides
ad credenda quae non uid&
& speranda quae nescit. opor
tebat diuina eruditione firman
dos corporeis beneficiis & ui
sibilibus miraculis incitari. &
cuius tam benignam experie
bantur potentiam. non ambi
gerent salutarem esse doctri
nam. Ut ergo exteriores me
delas dns ad remedia interi
ora transferr&. & post sanita
tem corporum curationem o
perer&ur animarum. segre
gatur a circumstantibus turbis.
secessum uicini montis ascendit.
Aduocatis apostolis quos subli
mioribus institutis ab edito
mystice sedis imbuer&; & ipsa
loci atq; operis qualitate.
significans se esse qui moysen
quondam suo fuit & dignatus
alloquio. Illic quidem ter
ribiliore iustitia. hic autem
sacratiore clementia. ut im
pleretur quod fuerat prophe
tae hieremiae promissum di
centis. Ecce dies ueniunt
dicit dns. & disponam domum
israhel; post dies illos dicit dns
dabo leges meas in sensu ipso
rum. & in corde ipsorum scri
bam eas. Qui ergo locutus
fuerat moysi. locutus est & a
postolis. & in cordibus ipsorum

uelox ſcribentiſ uerbi manuſ.
noui teſtamenti decreta con
debat. Nulla ut quondam
circumfuſa nubium craſſitu
dine. neq; per terribileſ ſo
noſ atq; fulgoreſ populo ab
acceſſu montiſ abſterrito.
ſed patente ad aureſ circum
ſtantium tranquillitate con
loqui. ut per gratiae leni
tatem re moueretur legiſ
aſperitaſ. & ſpiritus adoptioniſ
au ferret formidinem ſerui
tutiſ. Qualiſ igitur doc
trina ſit xpi. ſacrae ipſiuſ ſen
tentiae proteſtantur. ut qui
ad aeternam beatitudinem
peruenire deſiderant. graduſ
feliciſſimae aſcenſioniſ agnoſ
cant. Beati inquit paupe
reſ ſpu. quo ipſorum eſt reg
num caelorum. De quibuſ
pauperibuſ ueritaſ loqueretur.
forte eſſet ambiguum. ſi dicenſ
beati paupereſ. nihil adderet
de intellegenda pauperum
qualitate; & ſufficere uidere
tur ad promerendum regnu
caelorum. ea ſola inopia
quam multi ſub dura & graui
neceſſitate patiuntur.
Sed cum ait. beati pauipereſ ſpu.
oſtendit eiſ regnum caelorum
tribuendum. quoſ humilitaſ
commendat animorum. ma
giſ quam indigentia facultatu
Dubitari autem non poteſt. quod
humilitatiſ iſtiuſ bonum. fa
ciliuſ pauipereſ quam diuiteſ
adſequantur. dum & illiſ in te
nuitate amica eſt manſuetudo.
& iſtiſ induitur familiariſ ela
tio. Verumtamen & in
pleriſq; diuitibuſ inueniuntur
hic animuſ. qui abundantia
ſua non ad tumorem ſuper
biae. ſed ad opera benignitatiſ
utatur. idq; pro lucriſ maxi
miſ numeret. quod ad rele
uandam miſeriam alieni la
boriſ impenderit. Omni
generi atq; ordini hominum
datur in hac uirtute conſorti
um. quia poſſunt eſſe propoſito
pareſ. & inpareſ cenſu.
Nec intereſt quantum ſint inter
rena facultate diſſimileſ. qui
in ſpiritalibuſ boniſ inueniun
tur aequaleſ. Beata igitur
illa paupertaſ. quae rerum
temporalium amore non capi
tur. nec mundi opibuſ augeri
appetit. ſed caeleſtibuſ boniſ
diteſcere concupiſcit.
Huiuſ nobiſ magnanimae pau
pertatiſ exemplum. primi poſt
dnm apoſtoli praebuerunt.
qui omnia ſua ſine differentia

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

relinquentes · ad uocem caeles
tis magistri · a captura pisciu͞
in piscatores hominum alacri
conuersione mutati sunt ·
Et multos sui similes · fidei suae
imitatione fecerunt · quando
illis primitiuis ecclesiae unum
cor omnium · & anima erat una
credentium · Qui uniuersis
rebus suis possessionibus que
distractis · per deuotissimam
paupertatem · bonis ditabantur
aeternis · Et ex apostolica
praedicatione gaudebant ·
nihil habere de mundo · & om
nia possidere cum xp͞o ·
Hinc beatus apostolus petrus ·
cum ascendens ad templum
a claudo elemosinam poscere
tur · argentum inquit & au
rum non est mihi · quod autem
habeo hoc tibi do · In nomine
ihu xp͞i nazareni · surge & am
bula · Quid hac humilitate
sublimius · quid hac paupertate
locupletius · non hab& prae
sidia pecuniae · sed hab& dona
naturae · Quem debilem
edidit mater ex utero · sanum
p&rus fecit & uerbo · Et
qui imaginem caesaris in num
mo non dedit · imaginem xp͞i
in homine reformauit ·
Huius autem thesauri opibus ·
non solum ille adiutus est cui
gressus est redditus · sed & iam
quinq; milia uirorum quae
tunc ad exhortationem aposto
li · ob eiusdem curationis mi
rationisq; miraculum credi
derunt · Et ille pauper
qui non habebat quod p&enti
dar& · tantam dedit diuinae
gratiae largitatem · ut quem
admodum unum hominem re
dintegrat in pedibus · sic tot
milia credentium sanar& in
cordibus · facer&q; eos in xp͞o
alacres · quos in iudaica per
fidia inuenerat claudicantes ·
Post praedicationem huius fe
licissime paupertatis addidit
dn͞s dicens · Beati qui lugent
quo ipsi consolabuntur ·
Luctus hic dilectissimi cui conso
latio aeterna promittitur ·
non est cum huius mundi affec
tione communis · Nec bea
tum quemquam faciunt ista
lamenta · quae totius humani
generis deploratione fundun
tur · Alia ratio est sc͞orum
gemituum · alia beatorum cau
sa lacrimarum · Religiosa
tristitia · aut alienum peccatu͞
lug& · aut proprium · Nec
de hoc dol& quod diuina iusti
tia agitur · sed de eo mer& quod

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

humana iniquitate committi
tur. Vbi magis plangendus
est faciens maligna quam pa
tiens. Quia iniustum malitia
sua dimergit ad poenam. ius
tum autem tolerantia ducit
ad gloriam. Deinde ait dn̄s.
Beati mites. quo ipsi heredita
te possidebunt terram.
Mitibus atq; mansuetis. humili
bus. ac modestis. & ad omnium
iniuriarum tolerantiam prae
paratis. possidenda terra pro
mittitur. Nec parua aesti
manda est haec. aut uilis here
ditas. tamquam a caelesti ha
bitatione discreta sit. cum reg
num caelorum non alii intelle
gantur intrare. Terra ergo
promissa mitibus & in possessio
nem danda mansuetis. caro
scōrum est quae ob humilitatis
meritum. felici resurrectione
mutabitur. & inmortalitatis
gloria uestietur. in nullo iam
spūi futura contraria. & cum
uoluntate animi. perfecte uni
tatis habitura consensum.
Tunc enim exterior homo. inte
rioris hominis erit quieta &
intemerata possessio. Tunc
mens uiuendo dō intenta. nul
lis corporeae infirmitatis inpe
dietur obstaculis. Nec iam

dici necesse erit. corpus quod
corrumpitur adgrauat animam
& terrena inhabitatio depri
mit sensum multa cogitantē.
quo habitatori suo non reluc
tabitur testa. nec inmoderatum
aliquid contra imperium sui
rectoris audebit. Possidebunt
enim illam mites pace perpe
tua. & nihil umquam de eorum
iure minuetur. cum corrupti
bile hoc induerit inmortalita
tem. ut periculum uertatur in
premium. & quod fuit oneri sit
honori. Post haec dn̄s addidit
& dicit. Beati qui esuriunt
& sitiunt iustitiam. quo ipsi sa
turabuntur. Nihil haec esu
ritio corporeum. nihil expetit
sitis ista terrenum. sed iustitiae
bono desiderat saturari. & in
omnium occultorum intro duc
ta secretum ipso dn̄o optat im
pleri. Felix mens quae hunc
concupiscit cibum. & ad talem
aestuat potum. quem utiq;
non expeteret. si nihil de eius
suauitate gustasset. Audi
endo autem dicentem sibi pro
pheticum spm̄. Gustate & ui
dete quam suauis est dn̄s. acce
pit quandam supernae dulcedinis
portionem. & in amorem castissi
mę uoluntatis exarsit. ut spretis

omnibus temporalibus · adeden
dam bibendamq; iustitiam toto
accenderetur affectu · & illius
primi mandati adpraehende
re& ueritatem dicentis ·
Diliges dnm dm tuum ex toto cor
de tuo · & ex tota mente tua ·
& ex tota uirtute tua ·
Quo nihil est aliud diligere dm
quam amare iustitiam ·
Deniq; sicut illic dilectioni di
proximi cura subiungitur · ita
& hic desiderio iustitiae uir
tus misericordiae copulatur ·
& dicitur · Beati misericor
des · quo ipsorum miserebitur
ds · Agnosce dignitatem xpi
anae sapientiae · & qualium
disciplinarum actibus adque
praemia uoceris intellege ·
Misericordem te misericordia
iustum uult esse iustitia · ut
in creatura sua creator appa
reat · & in speculo cordis hu
mani per lineas imitationis
expressa di imago resplendeat ·
Secura esto operantium fides ·
aderunt tibi desideria tua ·
& his quae amas sine fine poti
eris · Et quo tibi per elemo
sinam omnia munda sunt · ad
eam quoq; beatitudinem quae
consequenter est promissa per
uenies · dicente dno ·

Beati mundo corde · quo ipsi
dm uidebunt · Magna feli
citas dilectissimi · cui tantum
premium praeparatur ·
Quid ergo est habere cor mundū ·
nisi eis quae supra dicta e sunt
studere uirtutibus · Uidere
autem dm quanta e sit beatitu
dinis · quae mens concipere ·
quae lingua ualeat explicare ·
Et tamen hoc consequetur · cū
transformabitur humana na
tura · ut iam non per speculum
neq; in enigmate · sed facie ad
faciem ipsam quam nullus ho
minum uidere potuit sicuti est ·
uideat dītatem · Et quod ocu
lus non uidit · nec auris audiuit ·
nec in cor hominis ascendit · per
ineffabile gaudium aeternae
contemplationis obtineat ·
Merito haec beatitudo cordis
promittitur puritati · splen
dorem enim luminis ueri · sor
dens acies uidere non poterit ·
& quod erit iocunditas mentib;
nitidis · hoc erit poena maculo
sis · Declinentur ergo terre
narum caligines uanitatum ·
& ab omni squalore iniquitatis
interiores oculi tergeantur ·
ut serenus intuitus tanta di ui
sione pascatur · hoc enim
promerendum illud intellegimur

pestinere quodsequitur.
Beati pacifici. quō filii dī uoca
buntur. Beatitudo ista di
lectissimi. non cuiuslib& con
sensionis. nec qualiscumq; con
cordiae est. sedillius dequa
apostolus dicit. Pacem ha
b&e ad dm̄. &dequadicit pro
pheta dauid. Pax multa
diligentib; nomen tuum. &
non est inillis scandalum.
hanc pacem etiam artissima
amicitiarum uincula. &indis
crete similitudines animorum
non ueraciter sibi uindicant.
sinon cum dī uoluntate concor
dant. Extra dignitatem
pacis sunt. improbarum pari
litates cupiditatum. foedera
scelerum. &pacta uitiorum.
Amor mundi cum dī amore
non congruit. nec adsocieta
tem filiorum dī peruenit.
quise acarnali generatione
non diuidit. Qui autem
semper mente cum dō sunt.
sollicite seruare unitatem
spr̄ inuinculo pacis. numquā
abaeterna lege dissentiunt.
fideli oratione dicentes.
Fiat uoluntas tua sicut incaelo
&interra. hisunt pacifici
hibene un animes. scāeq; con
cordes. uocandi aeterno no
mine filiidī. coheredes xpi.
Quia hoc merebitur dilectio dī
&dilectio proximi. utnullas
iam aduersitates sentiat. nul
la scandala pertimescat. sed
finito omnium temptationū
certamine. intranquillissima
dī pace requiescat.
Per dnm̄ nrm̄ ihm̄ xpm̄. quicum
patre &spū scō uiuit. &regnat
insaecula saeculorum. Am̄.

CXX ITEM IN FESTIVITATE MARTYRUM.

SERMO BEATI IOHANNIS EPI.

QUIS CORUM
merita religiosa
caritate miratur.
quiq; iustorum
glorias frequenti
laude con
loquitur.
eorum mores scōs atq;
iustitiam imit&ur. Quo
quem delectat scī alicuius me
ritum. delectari deb& par
circa cultum dī obsequium.
Quare aut imitari deb& si lau
dat. aut laudare non deb&
si imitari detractat. Utqui
alium laudat se laudabilem
reddat. &quis scōrum merita
admiratur. mirabilis ipse uitae
scītate reddatur. Nam si